


83

maio 1973

Notitiae

Sacra Congregatio pro Cultu Divino



CITTÀ DEL VATICANO

Notitiae

Commentarii ad nuntia
et studia de re liturgica
edenda cura

Sacrae Congregationis
pro Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel
in mense. Libenter, iudicio Di-
rectionis, nuntium dabitur
Actorum, inceptuum, editionum
in re liturgica, praesertim e
Conferentiis Episcopalibus vel
Commissionibus liturgicis na-
tionalibus emanantium, si scrip-
torum vel periodicorum **exem-
plar** missum fuerit. **Directio:**
Commentarii sedem habent
apud S. Congregationem pro
Cultu Divino, ad quam trans-
mittenda sunt epistolae, char-
tulae, manuscripta his verbis
inscripta NOTITIAE,

Città del Vaticano

Administratio

autem residet apud

Libreria Editrice Vaticana

Città del Vaticano

Pro commentariis sunt in an-
num solvendae: in Italia lit. 2.000
- extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5,25).
Singuli fasciculi veneunt: lit. 200
(\$ 0,40) — Pro annis elapsis sin-
gula volumina: lit. 4.000 (\$ 7,35)
id. linteo contexta: lit. 6.000
(\$ 10,50) singuli fasciculi: lit. 400
(\$ 0,75)

Libreria Vaticana

fasciculos Commentarii mittere
potest etiam *via aërea*

Libreria Editrice Vaticana

C.c.p. N. 1-16722

Typis Polyglottis Vaticanis

SUMMARIUM

*De integritate servanda in libris litur-
gicis edendis* 153

Allocutiones Summi Pontificis

Alleluia! 155

*Sacra Congregatio de disciplina Sacra-
mentorum*

Instructio de Communionem sacramen-
tali quibusdam in adiunctis faci-
liore reddenda 157

Sacra Congregatio pro Cultu Divino

Ritus ad deputandum ministrum ex-
traordinarium sacrae Communionis
distribuendae 165

Ritus ad deputandum ministrum sa-
crae Communionis ad actum distri-
buendae 167

De ritu servando a ministro extraor-
dinario in sacra Communionem di-
tribuenda 167

Commentarium (GP) 168

Instauratio liturgica

Le Missel des fidèles (*Robert Coffy*) 174

Normae circa ecclesiae supellectilem 176

De institutione lectoris et acolythi . 177

Studia

Hymnorum series in « Liturgia Ho-
rarum » (*A. Lentini*) 179

SOMMAIRE

Intégrité des livres liturgiques (pp. 153-154)

La III^{me} Instruction avait déjà insisté pour que les livres liturgiques de l'édition typique latine soient traduits *intégralement* dans les langues nationales. Ce principe est réaffirmé dans ses détails, afin que soient offertes aux clercs et aux fidèles toute la richesse et les différentes possibilités d'adaptation à l'assemblée contenues tant dans les textes que dans les rubriques des nouveaux livres liturgiques. On ne peut omettre les *Praenotanda*, la Présentation générale du Missel et celle de la Liturgie des Heures, ni les autres documents, même postérieurs, de la Congrégation pour le Culte Divin qui apportent des modifications, des éclaircissements (comme le *Prooemium* du Missel), des corrections. Les rubriques doivent être toutes reproduites, comme la distribution du psautier en quatre semaines, les hymnes, les répons, les antiennes de la Liturgie des Heures. Peuvent être ajoutés en appendice les textes propres, comme des hymnes en langue vivante ou d'autres compositions nouvelles, légitimement approuvées. Les *textes divers* doivent être également traduits, de même que les indications des adaptations laissées au jugement des Conférences épiscopales. En outre on doit indiquer la confirmation par le Saint-Siège et mentionner le *concordat cum originali* donné par l'Evêque ou par les organismes compétents.

Instruction « Immensae caritatis »

On trouvera reproduit le texte intégral de l'Instruction « Immensae caritatis » de la Congrégation pour la discipline des Sacrements (pp. 157-164), par laquelle est publiée et étendue la faculté de déléguer des laïcs préparés à aider le prêtre pour la distribution de la communion dans certaines circonstances. Ce document étend la faculté de communier deux fois le même jour, adoucit la loi du jeûne eucharistique pour les malades et ceux qui les assistent, insiste sur la nécessité du respect et de la piété envers l'Eucharistie. Il est complété par les rites de la délégation du ministre extraordinaire et de la distribution de la communion par ce dernier (pp. 165-167).

Cette Instruction ne va pas seulement au-devant des besoins actuels de l'Eglise, mais elle doit être considérée comme un progrès de la réforme liturgique qui, d'une part a permis de mieux saisir le sens de l'Eglise, communauté dans laquelle sont exercés différents offices et ministères, dont certains peuvent être confiés à des laïcs; d'autre part, elle a amené à mieux comprendre que la participation parfaite à la messe exige la communion. La faculté de renouveler la communion est une application des documents précédents; elle est accordée non pour motif de dévotion, mais quand les fidèles doivent participer, pour diverses raisons, à deux célébrations eucharistiques dans la même journée.

Application de la réforme liturgique

Il ne suffit pas que la réforme liturgique soit appliquée matériellement. Pour porter du fruit, elle doit d'abord être comprise par les fidèles. Pour cela, on revient sur la nécessité des missels pour les fidèles en vue de la préparation et de la méditation des textes liturgiques (p. 174), on rapporte quelques règles pratiques données par la Commission d'art sacré du Brésil sur le mobilier des églises (p. 176), et les directives publiées par la Conférence épiscopale des Etats-Unis pour l'admission à l'institution du lectorat et de l'acolytat (p. 177).

SUMARIO

Integridad de los libros litúrgicos (pp. 153-154)

La *Instructio Tertia* había insistido ya en que los libros litúrgicos de la edición típica latina han de ser traducidos *íntegramente* a las lenguas nacionales. Se ratifica este principio en sus pormenores, con el fin de ofrecer al clero y a los fieles toda la riqueza y las distintas posibilidades de adaptación a las asambleas tanto de los textos como de las rúbricas de los nuevos libros litúrgicos. No pueden faltar los *Praenotanda*, la « *Institutio generalis* » del Misal y de la Liturgia de las Horas, ni los demás documentos, incluso posteriores, de la Congregación del Culto divino, que aportan modificaciones, aclaraciones (como el Proemio del Misal) o correcciones. Han de reproducirse todas las rúbricas, así como la distribución del salterio en cuatro semanas, los himnos, los responsorios y las antífonas de la Liturgia de las Horas. Pueden añadirse en apéndice los textos propios, como himnos en lengua vernácula, u otros de nueva composición, legítimamente aprobados. También hay que traducir íntegramente los *textus diversi*, así como las indicaciones de las adaptaciones dejadas al criterio de las Conferencias Episcopales. Demás hay que hacer referencia a la confirmación de la Santa Sede, y debe figurar el « *concordat cum originali* » expedido por el Obispo o por los organismos encargados.

Instrucción « *Immensae caritatis* »

Se ofrece el texto íntegro de la Instrucción « *Immensae caritatis* » de la Congregación para la disciplina de los Sacramentos (pp. 157-164), con la que se hace pública y se amplía la facultad de elegir a laicos preparados para ayudar al sacerdote a distribuir la comunión, en circunstancias extraordinarias; se amplía la facultad de comulgar dos veces al día; se mitiga la ley del ayuno eucarístico para los enfermos y quienes los asisten; se recalca la necesidad de la reverencia y la devoción a la Eucaristía. Completan la Instrucción los ritos para el ministro extraordinario y para la distribución de la Comunión por parte del mismo (pp. 165-167). La Instrucción no sólo sale al paso de las actuales necesidades de la Iglesia, sino que también debe considerarse un progreso en la reforma litúrgica, que por una parte ha hecho comprender más plenamente el sentido de la Iglesia, comunidad en la que hay distintos oficios y ministerios, algunos de los cuales pueden ser ejercidos por los laicos, y por otra parte ha madurado la comprensión de que la participación más plena en la Misa exige la Comunión. La facultad de repetir la Comunión es una aplicación de los documentos precedentes y se concede no por motivo de devoción, sino cuando los fieles, por distintos motivos, tienen que participar el mismo día en dos celebraciones litúrgicas.

Aplicación de la reforma litúrgica

No basta una aplicación material de la reforma litúrgica. Para que dé fruto, es preciso que los fieles la comprendan. Por esto se hace hincapié en la necesidad de los misales de los fieles, con vistas a la meditación y la preparación para la liturgia (p. 174). Se da cuenta de algunas normas prácticas de la Comisión de arte sacra del Brasil acerca de los objetos de la Iglesia (p. 176), y de las directrices de la Conferencia Episcopal de los Estados Unidos para la admisión en la Institución de lector y acólito (p. 177).

SUMMARY

Completeness of liturgical books (pp. 153-154)

The *Instructio Tertia* has already confirmed that liturgical books ought to be translated from the Latin « *editio typica* » into the vernacular *in their entirety*. This principle is reaffirmed, with details, so that all the rich and varied possibilities of adapting both the texts and the rubrics of the new liturgical books to a given assembly may be offered to the clergy and the faithful. The *Praenotanda* and the « *Institutio Generalis* » of the Missal and the Liturgy of the Hours should not be omitted; nor should the other documents, including the later ones, from the Congregation for Divine Worship which add modifications, clarifications (as in the Preface to the Missal) or corrections. All the rubrics should be given, as should the four week arrangement of the psalter, the hymns, the responsories and the antiphons of the Liturgy of the Hours. Special material, such as hymns in the vernacular, or other newly composed material which has received the proper approval, may be inserted as an appendix. The *textus diversi* should all be translated as well, as should the information on the adaptations left to the judgement of Episcopal Conferences. The fact of the Holy See's sanction should be noted, and the « *concordat cum originali* » given by the Bishop or bodies charged with doing so must also appear.

The Instruction « *Immensae caritatis* »

The complete text of the Instruction « *Immensae caritatis* » from the Congregation for the Discipline of the Sacraments is reproduced here. By it the authority to appoint suitably prepared laypeople to help the priest distribute Communion in extraordinary circumstances is made generally known and extended; the freedom to receive Communion twice a day is enlarged; the laws governing the eucharistic fast are eased for the sick and those who look after them; and necessity for reverence and devotion to the Eucharist is reaffirmed. The Instruction is completed by the rites for the appointing of the extraordinary minister and for the distribution of Communion by such a person (pp. 165-167). The Instruction is not just a meeting of the Church's present needs, but should be considered as a step forward in the reform of the liturgy. This has, on the one hand, given us a fuller understanding of what is meant by the Church as a community in which there are different offices and ministries, some of which can be carried out by lay people, and on the other hand, has fostered the understanding that the most perfect participation in the Mass demands Communion. The freedom to receive Communion a second time is an application of previous documents and is given, not so much for the sake of devotion, but rather for when the faithful must take part, for various reasons, at two liturgical celebrations on the same day.

Application of the liturgical reform

It is not enough that the liturgical reform should be applied *de facto*. To bear fruit it has to be understood by the faithful. For this reason the necessity of missals for the faithful is endorsed with an eye to meditation on and preparation for the liturgy (p. 174); some practical norms from the Brazilian Commission on Sacred Art on church furnishings (p. 176), and the Episcopal Conference of the United States' directives about admission to Installation as lector and acolyte (p. 177), are also reproduced.

ZUSAMMENFASSUNG

Vollständigkeit der liturgischen Bücher (S. 153-154)

Schon die Dritte Instruktion hatte betont, daß die liturgischen Bücher der lateinischen Editio typica *vollständig* in die Muttersprachen übersetzt werden müssen. Dieses Prinzip wird nochmals bekräftigt, damit Klerus und Laien der ganze Reichtum der neuen Bücher mit allen Möglichkeiten zur Anpassung in Texten und Rubriken an die jeweilige Gemeinde zugänglich wird. Die Vorbemerkungen, die Allgemeine Einführung zum Meßbuch und zum Stundenbuch sowie die späteren Dokumente der Gottesdienstkongregation, durch die Veränderungen, Erläuterungen (wie durch das Vorwort zum Meßbuch) oder Korrekturen vorgenommen wurden, dürfen nicht fehlen. Die Rubriken müssen ganz wiedergegeben werden, ebenso die Verteilung des Psalteriums auf vier Wochen, die Hymnen, Responsorien und Antiphonen des Stundengebets. Im Anhang können eigene Texte hinzugefügt werden, wie Hymnen in der Muttersprache oder andere neu-geschaffene, approbierte Texte. Auch die *Textus diversi* müssen ganz übersetzt werden, wie auch die Hinweise für die Anpassungen, die dem Urteil der Bischofskonferenzen überlassen sind. Außerdem muß auf die Konfirmierung durch den Apostolischen Stuhl hingewiesen und die von einem Bischof oder der dazu beauftragten Institution beglaubigte Übereinstimmung mit dem Original deutlich werden.

Instruktion « Immensae caritatis »

Es wird zunächst der vollständige Text der Instruktion der Sakramentenkongregation « Immensae caritatis » wiedergegeben (S. 157-164), mit der die Beauftragung von Laien zur Kommunionsspendung in außerordentlichen Fällen allgemein ermöglicht, die Erlaubnis, zweimal am gleichen Tag zu kommunizieren, erweitert, das eucharistische Nüchternheitsgebot für Kranke und ihr Pflegepersonal gemildert und auf die notwendige Ehrfurcht vor der Eucharistie hingewiesen wird. Die Instruktion wird vom Ritus zur Beauftragung von Laien zur Kommunionsspendung ergänzt (S. 165-167).

Die Instruktion kommt nicht nur den augenblicklichen Bedürfnissen der Kirche entgegen, sondern muß als ein weiterer Schritt der Erneuerung angesehen werden; diese hat einerseits beigetragen zu einem besseren Verständnis der Kirche als einer Gemeinschaft, in der es verschiedene Ämter und Dienste gibt, von denen einige auch durch Laien ausgeführt werden können, andererseits das Verständnis dafür reifen lassen, daß zu einer vollständigen Teilnahme an der Meßfeier die Kommunion gehört. Die Möglichkeit der mehrmaligen Kommunion ist eine Konsequenz aus den vorhergehenden Dokumenten. Sie wird nicht für den Fall einer besonderer Devotion gegenüber der Eucharistie gegeben, wohl aber für jene Fälle, in denen Gläubige aus verschiedenen Gründen an zwei Eucharistiefeiern am gleichen Tag teilnehmen müssen.

Durchführung der gottesdienstlichen Erneuerung

Die gottesdienstliche Erneuerung darf nicht nur äußerlich durchgeführt werden. Damit sie fruchtbar wird, muß sie von den Gläubigen verstanden werden. Daher wird auf die Notwendigkeit der Meßbücher für die Gläubigen hingewiesen, mit deren Hilfe diese die gottesdienstlichen Texte betrachten und sich auf die Meßfeier vorbereiten können (S. 174). Außerdem werden Normen der brasilianischen Kommission für kirchliche Kunst über liturgische Geräte (S. 176) und die Direktiven der nordamerikanischen Bischofskonferenz zur Zulassung zu Lektorat und Akolythat (S. 177) wiedergegeben.

DE INTEGRITATE SERVANDA IN LIBRIS LITURGICIS EDENDIS

Opus instaurationis liturgicae ubique alacriter procedit. Dum Commissiones dioecesanae una cum pastoribus animarum versantur in principiis pastoralibus ab instauratione statutis ad effectum deducendis, Commissiones nationales fervido labore satagunt libros liturgicos in linguas populares vertere. In opere perficiendo quaedam orta sunt dubia, quae iudicio Sacrae Congregationis pro Cultu Divino submissa sunt.

1. Suntne typis imprimenda Institutio generalis Missalis Romani, Institutio generalis de Liturgia Horarum et « Praenotanda » ad singulos ritus?

Affirmative, quia Praenotanda et Institutiones necessaria sunt ad spirituum rituum instaurationum intellegendum et sine illis mutationes, additiones, variationes in proprio valore theologico et practico comprehendendi nequeunt.

2. Suntne omnes rubricae referendae?

Affirmative, omnes et singulae rubricae referri debent, quae si ampliari possunt, nequeunt tamen reduci. Etenim subsidium manent universae structurae actionis liturgicae.

3. Estne possibile typis edere Appendicem latinam Missalis Romani seiunctim, aut necessario imprimi debet in ipso volumine Missalis lingua vernacula impressi?

Appendix latina est publicanda in volumine Missalis lingua vernacula exarati, ut sacerdos peregrinus vel occasionaliter transiens per aliquam regionem, cuius linguam ignorat, Missale illius regionis sumens, textum latinum commodè invenire possit Missamque celebrare. Si haec Appendix in fasciculo separato ponitur, facile deperditur et sic finis huius Appendicis evanescit.

Confundi nequit haec Appendix cum « Missali parvo », quod continet ampliorem copiam Missarum quam Appendix.

4. Appendix latina Missalis Romani vel Missale parvum potestne in linguam vernaculam verti?

Negative. Hoc clare evincitur ex iis quae supra dicta sunt de fine huiusmodi Appendicis. Insuper omnino vitandum est periculum ut quis utatur tantummodo formulariis, quae in Appendice vel in Missali parvo inveniuntur, contra normas liturgicas et praesertim contra principia instaurationis, quibus conatus factus est abundantiore copiam fidelibus praebendi

textuum biblicorum et euchologicorum, ad profundiorē intelligentiam mysteriī Christi adipiscendam necnō celebrationem liturgicā exigentiis ac indoli diversarum communitatum aptandam.

5. Suntne in Liturgia Horarum typis imprimenda schemata quattuor hebdomadarum psalterii, omnes hymni, responsoria, antiphonae?

Affirmative. Omnia sunt referenda, quae in editione typica latina Liturgiae Horarum continentur, hymnis haud exceptis, cum ad illa pertineant elementa, quibus peculiariter singulae signantur Horae.

Attamen in Appendice publicari possunt hymni substitutivi e thesauro unicuique nationi proprio excerpti vel noviter confecti, a Conferentia Episcoporum approbati (cf. *Instit. gen. de Liturgia Horarum*, n. 178).

6. Suntne referendi *textus diversi* euchologici vel biblici?

Affirmative. Pertinent enim ad pretiosas divitias instaurationis liturgicae. Hi textus, ut in pluribus, iudicio relinquuntur celebrantis, qui liturgiam coetui liturgico, cui praesidet, *aptare* debet, textus aptiores seligendo. Si vero in libro edito non inveniuntur, frustratur optio celebrantis et celebratio in paupertatem redigitur.

7. Suntne referendae partes, quae iudicio Conferentiarum Episcopaliū relinquuntur?

Affirmative. Omnes quidem, praesertim sacerdotes, noscere debent quae ipsis demandantur quaeque vero permanent de competentia Conferentiarum Episcoporum. Hoc modo organismi, quibus Conferentiae Episcopales utuntur, ad decisiones afferendas vel suggerendas melius inducuntur.

8. Suntne publicanda decreta Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, quibus editio typica promulgatur vel versio popularis confirmatur?

Decreta, quibus editiones typicae promulgantur, *per integrum* publicanda sunt. Quoad vero decreta, quibus versiones populares confirmantur, vel per integrum publicentur vel paucis verbis declaretur quod editio *illa* popularis confirmata est die *tali*, una cum indicatione numeri Protocolli S. Dicasterii.

9. Vigetne adhuc « revisor » librorum liturgicorum, a competenti auctoritate designatus, qui editionem typicā alicuius versionis in linguam popularem cum originali seu cum editione typica latina *concordare* declaret?

Affirmative. De concordantia cum editione typica latina necnō de nomine revisoris vel revisorum et de nomine Episcopi, qui « imprimatur » concedit, mentio facienda est in editione populari.

Allocutiones Summi Pontificis

ALLELUIA!

L'Alleluia è un'acclamazione tradizionale, antichissima, che viene a noi dall'antico Testamento¹ e che significa « lode a Dio ». Probabilmente questa acclamazione faceva parte anche dei canti della cena rituale degli Ebrei alla Pasqua, e fu perciò pronunciata da Gesù stesso al termine della sua ultima cena.² Essa è passata nelle liturgie cristiane come un'espressione enfatica di gioia, di letizia, di forza, riservata specialmente al tempo pasquale, come quello caratterizzato dal gaudio per la celebrazione della risurrezione del Signore. Sant'Agostino, commentando i Salmi, ce lo ricorda, notando che ciò non è senza un segreto insegnamento, perché se dobbiamo cantare l'Alleluia in certi giorni determinati, in ogni giorno noi dobbiamo averlo nel cuore.³

Questo grido di lode a Dio, usato come grido di gioia per noi, ci offre un tema degno di profonda riflessione, la quale ci porta alle sorgenti del nostro pensiero religioso, il quale c'insegna che la gloria di Dio è la nostra gioia. Ricordate la stupenda esclamazione dell'inno della santa Messa festiva, detto appunto il *Gloria*, la quale così esprime questa meravigliosa dottrina: « noi rendiamo grazie a Te (o Dio), a motivo della tua grande gloria »; *gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam*. Come mai questo? Come può la grandezza, infinita e misteriosa, di Dio essere fonte della nostra riconoscenza e insieme della nostra letizia? Sì, perché Dio è tutto per noi. Dio è la vita, Dio è la potenza, Dio è la verità, Dio è la bontà, Dio è la bellezza; sì, alla fine, Dio è la nostra felicità. Alleluia!

Quale superamento d'ogni altra concezione inferiore della religione, che tanto spesso è presentata sotto l'aspetto della distanza, della oscurità, della paura, della terribilità! e quanto spesso noi siamo allontanati dallo studio e dalla pratica religiosa, perché non abbiamo capito e gustato che Dio è la nostra beatitudine, la nostra felicità! e forse noi pure non abbiamo abbastanza compreso l'originalità della nostra fede che ci

* Allocutio Summi Pontificis, in Audientia generali die 25 aprilis 1973, feria IV infra octavam Paschae habita: *L'Osservatore Romano*, 26 aprile 1973.

¹ Cfr. *Tob* 13, 22.

² Cfr. *Mt* 26, 30; *Mc* 14, 26.

³ *Enar. in Ps.* 106: *PL* 37, 1419.

offre questa visuale: Dio è grande, perché è buono! Dio merita di essere esaltato nella sua immensa, sconfinata trascendenza, perché essa ci è rivelata nella sua Essenza, che è Amore; Amore in Se stesso, Amore per noi. Dio è la Vita! la nostra Vita, ripetiamo!

La Pasqua ce ne ha svelato il mistero, mediante Cristo morto e risuscitato, non solo per Sé, ma anche per noi creature viventi, sì, ma mortali, suscettibili però d'essere coinvolte nella rivincita della nuova vita da lui, Cristo, inaugurata al mattino di Pasqua.

Dio è la gioia! Ricordatevi di questo annuncio, come di una felice scoperta! una scoperta da sempre scoprire, da sempre godere. È questo il nostro augurio, che associamo al nostro saluto, al nostro grido pasquale: alleluia! ⁴

⁴ Cfr. S. AGOSTINO, *Confess.*, 10, 22-23: PL 32, 793; cfr. l'episodio del lettore che, cantando l'Alleluia pasquale, cade colpito da una freccia alla gola, cfr. VICTOR VITENSIS, *De persecutione vandalica*: PL 58, 197.

IN NOSTRA FAMILIA

MEMBRA CONGREGATIONIS

Die 12 aprilis 1973 (Prot. n. 221.648), a Summo Pontifice PAULO VI, inter membra Congregationis pro Cultu Divino cooptati sunt Em.mi Cardinales Albinus LUCIANI, Patriarcha Venetiarum, Narcisus JUBANY ARNAU, Archiepiscopus Barcinonensis et Praeses Commissionis Liturgicae Hispaniae, Ioseph SALAZAR LOPEZ, Archiepiscopus Guadalaiarensis et Praeses Commissionis liturgicae Mexici.

COMMISSIONES LITURGICAE

CELAM, Departamento de Liturgia:

Praeses: Exc.mus Romeu ALBERTI, Episcopus Apucaransensis (Brasilia).

Membra: Exc.mi Clemens I. C. ISNARD, Episcopus Neo-Friburgensis (Brasilia); Laurentius L. ALVARADO, Episcopus Huachensis (Peruvia); Daniel Henricus NÚÑES, Episcopus Davidensis (Panama); Moises Iulius BLANCHOU, Episcopus Rivi Quarti (Argentina).

Secretarius: Rev. P. Alvarus BOTERO.

Indonesia:

Novus Praeses Commissionis liturgicae Episcoporum Indonesiae electus est Exc.mus Gregorius MANTEIRO, Episcopus Kupangensis.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO DE COMMUNIONE SACRAMENTALI QUIBUSDAM IN ADIUNCTIS FACILIORE REDDENDA

Immensae caritatis testamentum, quod Christus Dominus Ecclesiae sponsae suae reliquit, ineffabile nempe Eucharistiae donum, quod est omnium maximum, postulat ut tantum mysterium altius in dies agnoscatur eiusque virtus salutifera uberius participetur. Quapropter Ecclesia, pietatis fovendae causa erga Eucharistiam, quae christiani cultus est caput et centrum, non semel pastorali studio ac sollicitudine permota idoneas edidit leges opportunaque documenta.

Nova autem temporum adiuncta ampliorem aditum, salva semper summa quae tanto sacramento debetur reverentia,¹ ad s. Communionem postulare videntur, ut fideles, fructus sacrificii Missae copiosius participando, se Deo et Ecclesiae hominumque bono promptius et operosius deveveant.

In primis providendum est ne, deficiente copia ministrorum s. Communionis, receptio aut impossibilis aut difficilis evadat; deinde ne infirmi

¹ Cfr. Conc. Trid., Sess. 13, *Decretum de SS. Eucharistiae Sacramento*, cap. 7; *Denz.* 880 (1646-1647): « Si non decet ad sacras ulla functiones quempiam accedere nisi sancte, certe, quo magis sanctitas et divinitas caelestis huius sacramenti viro christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, praesertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: *Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus Domini* (1 Cor 11, 29). Quare communicare volenti revocandum est in memoriam eius praeceptum: *Probet autem seipsum homo* (1 Cor 11, 28). Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus quibus ex officio incubuerit celebrare, haec sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quam primum confiteatur ». S. Congr. Concilii, Decr. *Sacra Tridentina Synodus*, 20 dec. 1905: *ASS* 38, 1905-1906, pp. 400-406; S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, 16 iunii 1972, Norma I: *AAS* 64, 1972, p. 511.

lege ieiunii, quam servare non possint, licet eadem iam mitissima sit, a tanto animi solamine seu a s. Communione recipienda prohibeantur. Tandem convenire videtur quibusdam in adiunctis fidelibus id petentibus permitti, ut altera vice eadem die sacramentalem Communionem rite percipiant.

Ideo quarundam Conferentiarum Episcopaliū votis exceptis, sequentes eduntur normae:

1. de ministris extraordinariis s. Communionis distribuendae;
2. de ampliore facultate bis eadem die communicandi;
3. de ieiunii eucharistici mitigatione pro infirmis et senibus;
4. de pietate ac reverentia erga SS. mum Sacramentum quoties Panis eucharisticus in fidelis manu deponitur.

1.

DE MINISTRIS EXTRAORDINARIIS S. COMMUNIONIS DISTRIBUTENDAE

Rerum adiuncta, in quibus ministrorum s. Communionis distribuendae copiam deficere animadvertitur, varia sunt:

— infra Missam, ob magnum populi concursum vel peculiarem celebrantis difficultatem;

— extra Missam, cum ob dissita loca difficile est sacras Species afferre, praesertim ad modum Viatici, infirmis in periculo mortis constitutis, vel cum ipse infirmorum numerus, praesertim in nosocomiis vel similibus institutis, plures ministros postulat. Ne ergo fideles, qui in statu gratiae ac recta piaque mente sacrum convivium participare cupiunt, hoc sacramentali adiutorio solacioque careant, Summo Pontifici opportunum visum est extraordinarios constituere ministros, qui sibi aliisque fidelibus s. Communionem praebere valeant, certis his definitisque condicionibus:

I. Ordinarii locorum facultate gaudent qua personae idoneae, nominatim selectae uti ministro extraordinario, valeant permittere, ad actum vel ad tempus, vel, necessitate cogente, stabili quoque modo, sive seipsam pane caelesti cibare, sive hunc aliis fidelibus porrigere et aegrotis domi degentibus afferre, quoties:

- a) sacerdos, diaconus et acolythus desint;

b) iidem s. Communionem administrare impediuntur propter aliud pastorale ministerium, adversam valetudinem ac provectam aetatem;

c) fideles s. Communionem petentes tot sint ut Missae celebratio vel Eucharistiae extra Missam distributio nimis protrahantur.

II. Iidem Ordinarii locorum facultate fruuntur permittendi singulis sacerdotibus sacra munera exercentibus ut deputare valeant personam idoneam, quae in casibus verae necessitatis, ad actum, s. Communionem distribuat.

III. Praedicti Ordinarii locorum has facultates delegare possunt Episcopis Auxiliaribus, Vicariis Episcopalibus et Delegatis Episcopalibus.

IV. Persona idonea, de qua in nn. I et II, designabitur iuxta ordinem, mutabilem tamen de prudenti Ordinarii loci iudicio, ex quo recensentur lector, seminarii maioris alumnus, religiosus, religiosa, catechista, christifidelis: vir vel mulier.

V. In oratoriis Communitatum religiosarum utriusque sexus munus distribuendi s. Communionem in adiunctis, de quibus supra sub n. I, recte committi potest Superiori sacro ordine carenti vel Antistitae aut eorum vicariis.

VI. Persona idonea ad s. Communionem administrandam ab Ordinario loci nominatim selecta, et persona, de qua sub n. II, a sacerdote facultatem habente deputata, expedit, si tempus adest, ut mandatum accipiant iuxta ritum huic Instructioni adiunctum; distributionem autem s. Communionis peragat iuxta liturgicas normas.

Cum hae facultates tantummodo in bonum spirituale fidelium et pro casibus verae necessitatis concessae sint, meminerint sacerdotes per eas se non eximi a munere fidelibus legitime petentibus divinam Eucharistiam distribuendi et praesertim aegrotis afferendi ac porrigendi.

Christifidelis, minister extraordinarius s. Communionis, rite instructus, vita christiana, fide moribusque commendetur oportet. Se huic magno muneri non imparem esse contendat, pietatem colat erga Ss.mam Eucharistiam et exemplum se praebeat ceteris fidelibus devotione ac reverentia erga augustissimum altaris Sacramentum. Nemo seligatur cuius designatio fidelium admirationem excitare possit.

2.

DE AMPLIORE FACULTATE BIS
EAEDEM DIE COMMUNICANDI

Secundum disciplinam nunc vigentem, fideles ad s. Communionem eadem die altera vice accedere possunt:

— vespere sabbati vel diei praecedentis festum de praecepto, Missae audiendae obligationem implere cupientes, etsi mane iam communicaverunt;²

— in secunda Missa Dominicae Paschae et in una ex Missis quae die Nativitatis Domini celebrantur, etsi in Missa Vigiliae Paschalis et in Missa in nocte Nativitatis Domini communicaverunt;³

— item in Missa vespertina feriae V in Cena Domini, etsi in Missa Chrismatis pariter communicaverunt.⁴

Cum vero alia, praeter ea quae recensita sunt, eiusdem generis adiuncta habeantur alteram Communionem suadentia, pressius hic determinandae sunt rationes novae facultatis, quae conceditur.

Norma, quam providentissima Mater Ecclesia e saeculari consuetudine induxit et in legem canonicam recepit, vi cuius fidelibus ad sacram mensam accedere licet semel tantum in die, integra manet neque permittitur ut ex sola devotione negligatur. Cuidam inconsiderato desiderio Communionem iterandi opponi debet eo maiorem esse vim sacramenti, qua virtutes fidei, caritatis ceteraeque alantur, roborentur, exprimantur, quo devotius quis ad sacram mensam accedat.⁵ Oportet enim fideles a celebratione liturgica ad opera caritatis, pietatis et apostolatus transire ut « moribus et vita teneant quod fide et sacramento perceperunt ».⁶

² Cfr. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 28: AAS 59, 1967, p. 557.

³ Cfr. *ibid.*, l. c.

⁴ Cfr. *ibid.*, l. c.; S. Congr. Rituum, Instr. *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, n. 60: AAS 56, 1964, p. 891; Instr. *Tres abhinc annos*, 4 maii 1967, n. 14: AAS 59, 1967, p. 445.

⁵ Cfr. S. THOMAS, *Summa Theol.* III, q. 79, a. 7 ad 3 et a. 8 ad 1.

⁶ S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 13: AAS 59, 1967, p. 549.

Speciales tamen circumstantiae contingere possunt in quibus fideles, qui eadem die s. Communionem iam receperunt, vel etiam sacerdotes qui iam Missam litaverunt, alicui communitariae celebrationi intersint. Iisdem licebit s. Communionem altera vice recipere his in adiunctis:

1. in iis Missis ritualibus in quibus Sacramenta Baptismatis, Confirmationis, unctionis infirmorum, Sacrorum Ordinum et Matrimonii administrantur et in Missa in qua Prima Communio distribuitur;⁷

2. in Missis consecrationis Ecclesiae vel Altaris, professionis religiosae, collationis « missionis canonicae »;

3. in sequentibus Missis defunctorum: exsequiali, post acceptum mortis nuntium, in ultima defuncti sepultura, in prima anniversaria die;

4. in Missa principali celebrata in Ecclesia cathedrali vel parochiali in sollemnitate SS. Corporis et Sanguinis Christi ac die visitationis pastoralis; in Missa a Superiore maiore religioso occasione data canonicae visitationis, peculiarium conventuum vel Capitulorum celebrata;

5. in Missa principali conventus eucharistici vel marialis, internationalis aut nationalis, regionalis aut dioecesani;

6. in Missa principali alicuius conventus, sacrae peregrinationis vel praedicationis quae dicitur popularis;

7. in administratione Viatici, in qua Communio distribui potest familiaribus et amicis infirmi coram adstantibus.

8. Ordinariis locorum fas est, praeterquam in casibus supra memoratis, concedere ad actum facultatem s. Communionem bis eadem die recipiendi, quoties iteratam susceptionem ab iisdem Ordinariis, propter vere peculiaria adiuncta, ad normam huius Instructionis, legitimum esse comprobetur.

⁷ Cfr. Missale Romanum, *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 329 a. ed. typ. 1970, p. 90.

3.

DE IEIUNII EUCHARISTICI MITIGATIONE
PRO INFIRMIS ET SENIBUS

Manet imprimis firmum statutumque nullo ieiunii praecepto teneri fidelem, cui urgente mortis periculo Viaticum ministratur.⁸ Vigere item pergit concessio iam a Pio XII data, qua « infirmi, quamvis non decumbant, potum non alcoholicum et medicinas, sive liquidas sive solidas, ante Missae celebrationem et Eucharistiae receptionem sine temporis limite sumere possunt ».⁹

Quoad cibos et potus rationem nutrimenti habentes, veneranda est traditio ex qua Eucharistia « ante omnem cibum », ut ait Tertullianus,¹⁰ sumenda erat, ita ut cibi sacramentalis excellentia significaretur.

Ad sacramenti dignitatem agnoscendam et gaudium excitandum de Domino adveniente, ante sumptionem s. Communionis tempus silentii et recollectionis opportune inducitur. In infirmis autem sufficiens pietatis ac obsequii signum erit si per aliquod breve tempus ad tantum mysterium animum intendant. Tempus ieiunii eucharistici seu abstinenciae a cibo vel potu alcoholico redigitur ad quartam circiter horae partem pro:

1. infirmis in valetudinariis vel domibus degentibus, etiamsi non decumbant;

2. fidelibus aetate provecioribus, sive ob senectutem domi detineantur, sive gerontocomium incolant;

3. sacerdotibus infirmis, etsi non decumbunt, vel aetate provecis, sive sint Missam celebraturi sive s. Communionem recepturi;

4. personis curae infirmorum vel senum addictis eorumque propinquis una cum illis s. Synaxim recipere cupientibus, quoties sine incommodo ieiunium unius horae observare non possint.

⁸ Cfr. CIC, can. 858 § 1.

⁹ Litterae Apostolicae motu proprio datae *Sacram Communionem*, 19 martii 1957, n. 4: AAS 49, 1957, p. 178.

¹⁰ *Ad uxorem*, 2, 5: PL 1, 1408.

4.

DE PIETATE AC REVERENTIA ERGA SS.MUM SACRAMENTUM
QUOTIES PANIS EUCHARISTICUS
IN FIDELIS MANU DEPONITUR

Inde ab Instructione « Memoriale Domini », tres abhinc annos edita, quaedam Conferentiae Episcopales facultatem a Sede Apostolica impetrarunt permittendi ut ministri s. Communionis distribuendae eucharisticas Species in manibus fidelium ponerent. Ut eadem Instructio meminit, « praescripta Ecclesiae Patrumque documenta copiose testantur maximam reverentiam summamque prudentiam erga sacram Eucharistiam adhibitam »¹¹ et adhibendam esse. Praesertim ergo in hoc communicandi modo quaedam adamussim attendenda sunt, quae experientia ipsa suadentur.

Assidua diligentia ac studium habeantur, speciatim quoad fragmenta quae forsitan ex hostiis deciderint, quod attinet sive ad ministrum sive ad fidelem quoties sacra Species in manu communicantis ponitur.

Ad usum s. Communionis in manu fidelium accedat necesse est opportuna institutio seu catechesis de doctrina catholica, quae respicit tum realem ac permanentem Christi praesentiam sub Speciebus eucharisticis tum debitam reverentiam erga hoc Sacramentum.¹²

Christifideles doceri oportet Iesum Christum Dominum esse et Salvatorem eique sub Speciebus sacramentalibus praesenti eundem deberi latriae seu adorationis cultum, qui Deo tribuendus est. Admonebuntur deinde fideles, ne post convivium Eucharisticum sinceram et consentaneam praetermittant gratiarum actionem, quae uniuscuiusque viribus, statui, occupationibus congruat.¹³

Ut denique accessus ad hanc mensam caelestem dignus omnino et frugifer sit, ita illustranda sunt fidelibus bona eius atque fructus

¹¹ S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini*, 29 maii 1969: AAS 61, 1969, p. 542, quae adhuc vigere pergit.

¹² Cfr. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: AAS 56, 1964, pp. 100-101; S. Congr. Rituum *Eucharisticum mysterium*, 25 mai 1967, n. 9: AAS 59, 1967, p. 547; S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini*, in qua legitur: « ... quodvis praecaveatur periculum, ne reverentiae defectus vel falsae de SS.ma Eucharistia opiniones irrepant in animos »: AAS 61, 1969, p. 545.

¹³ PAULUS VI, Alloc. ad Membra Consilii Eucharisticis ex omnibus Nationibus conventibus moderandis habita: AAS 64, 1972, p. 287.

tam pro singulis quam pro societate ut familiaris habitudo maximam ostendat reverentiam, intimum foveat amorem erga Patremfamilias « panem cotidianum » nobis praestantem¹⁴ et ad vivam ducat conjunctionem cum Christo, cuius communicamur sanguini et carni.¹⁵

Hanc Instructionem Summus Pontifex Paulus VI approbare et auctoritate sua confirmare dignatus est et publici iuris fieri iussit decernens ut a die, quo edita esset, vigere inciperet.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 29 mensis Ianuarii anni MCMLXXIII.

A. Card. SAMORÉ, Praefectus

✠ I. Casoria, a Secretis

¹⁴ Cfr. Lc 11, 3.

¹⁵ Cfr. Hebr 2, 14.

LE RÔLE DES FEMMES DANS LA LITURGIE

Nous relevons dans « La Vie du Diocèse », revue officielle du diocèse de Mont-Laurier au Canada (28 janvier 1973, pp. 8-9), un article intitulé « Femmes et Liturgie », dans lequel l'auteur écrit notamment:

« Il y a quelques mois paraissait à Rome un document qui réformait les « ordres ecclésiastiques », où il était bien dit que les femmes ne pouvaient en aucun cas accéder à ces ordres, pas même à celui de lecteur et d'acolyte. Mais un commentaire émanant de Rome a par la suite bien précisé que si les femmes ne pouvaient recevoir ces derniers ordres, elles pouvaient cependant en exercer la fonction. Alors, mesdemoiselles et mesdames, soyez désormais en paix! Vous pouvez officiellement servir la messe ».

Une telle opinion appelle les éclaircissements suivants:

Il est exact que, tout en permettant aux laïcs d'être institués lecteurs et acolytes — anciens ordres mineurs qui étaient réservés aux clercs —, le Motu proprio Ministeria quaedam du 15 août 1972 précise que l'institution de ces ministères est réservée aux hommes (n. VII: cfr. Notitiae 9-1973, n. 79, p. 8). Cette restriction sur le sujet de l'institution ayant été parfois comprise comme une exclusion absolue des femmes, des commentaires ultérieurs ont opportunément précisé que rien n'était changé dans la pratique habituelle, les femmes pouvant être autorisées à faire les lectures qui précèdent l'Evangile (cfr. Notitiae 9-1973, n. 79, p. 16). Notons qu'il n'y a là aucune contradiction, si l'on distingue bien l'exercice d'une fonction, accompli per modum actus, et l'institution d'un ministère permanent, dont l'exercice habituel suppose une compétence particulière. Notons enfin que, dans le cas des femmes désignées comme ministres extraordinaires de l'Eucharistie, on ne peut assimiler leur fonction au ministère global du service de l'autel.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

RITUS AD DEPUTANDUM MINISTRUM EXTRAORDINARIUM SACRAE COMMUNIONIS DISTRIBUENDAE

1. *Personam, quae ad s. Communionem ministrandam peculiaribus in adiunctis deputatur ab Ordinario loci vel ab eius delegato,¹ mandatum accipere expedit iuxta ritum² qui sequitur. Hic ritus fieri potest sive intra sive extra Missam, adstante populo.*

A) RITUS INTRA MISSAM

2. *Post homiliam, in qua adstantes edocentur de ratione huius officii pro communitate fidelium, celebrans praesentat populo personam selectam ad ministerium s. Communionis, his vel similibus verbis:*

Carissimi: Fratri nostro N. committitur officium, quo Ss.mam Eucharistiam valeat ipse sumere, aliis administrare, ad aegrotos portare, Viaticum deferre.

Tu autem, frater carissime, qui ad tantum officium in Ecclesia deputaris, studeas prae ceteris vita christiana fide moribusque excellere atque de hoc mysterio unitatis et caritatis ferventius vivere: nam unum corpus multi sumus, qui de uno pane et de uno calice participamus.

Eucharistiam ergo aliis distribuendo fraternam caritatem exerceas iuxta Domini praeceptum, qui ad discipulos, cum corpus suum eis traderet manducandum, dixit: « Haec mando vobis ut diligatis invicem, sicut dilexi vos ».

3. *Post allocutionem, electus stat coram celebrante, qui eum interrogat his verbis:*

Vis officium praebendi fratribus tuis corpus Domini, in servitium et aedificationem Ecclesiae suscipere?

R̃. Volo.

¹ Cfr. Instr. *Immensae caritatis*, 1, nn. I et VI.

² Textus huius ritus, qui pro viro ponuntur, aptari possunt pro muliere, mutato genere, vel pro pluribus, mutato numero.

Vis in ministranda Eucharistia omnem curam et reverentiam diligenter adhibere?

R. Volo.

4. *Postea omnes surgunt. Electus vero genuflectit et celebrans fideles ad orandum invitat:*

Carissimi, Deum Patrem fidenter deprecemur, ut hunc fratrem nostrum ad Eucharistiam ministrandam electum, sua benedictione replere dignetur.

Et omnes per aliquod temporis spatium in silentio orant. Deinde celebrans proseguitur:

Clementissime Deus, familiae tuae institutor et rector, hunc fratrem nostrum N. benedicere ✠ digneris, ut qui cibum vitae fratribus suis fideliter distribuit, huius sacramenti robore confortatus, caelestis convivii partem accipiat. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

5. *In oratione universali, habeatur invocatio pro ministro nuper electo.*
6. *In processione ad offertorium, minister deputatus defert vasculum cum pane, et in Communionem accipere potest Eucharistiam sub utraque specie.*

B) RITUS EXTRA MISSAM

7. *Populo congregato, canitur aliquis cantus congruus. Qui celebrationi praeest populum salutatur. Deinde fit de more brevis liturgia verbi. Lectiones et cantus sumuntur, sive ex toto sive ex parte, e liturgia diei vel ex iis quae pro Missis de SS.ma Eucharistia (Lectionarium, III, pp. 820-841) proponuntur.*
8. *Postea ritus peragitur ut supra nn. 2-5 describitur.*
9. *Tandem qui praeest populum benedicit atque dimittit forma consueta, et cantu congruo celebratio concluditur.*

RITUS AD DEPUTANDUM MINISTRUM
SACRAE COMMUNIONIS AD ACTUM DISTRIBUENDAE

10. *Personam quae, in casibus verae necessitatis, ad s. Communionem distribuendam ad actum deputatur,³ mandatum accipere expedit iuxta ritum qui sequitur.*
11. *Dum fractio panis et immixtio peraguntur, qui s. Communionem distribuere debet ad altare accedit et coram celebrante sistit. Expleta invocatione Agnus Dei, sacerdos eum benedicit his verbis:*
Benedicat ✠ te Dominus
ad corpus Christi fratribus tuis nunc ministrandum.
Et ipse respondet:
Amen.
12. *Postquam vero sacerdos de more ipse sacramentum sumpsit, s. Communionis ministrum, si hic SS. Eucharistiam suscepturus sit, communicat; ac deinde pyxidem vel vas cum hostiis ei porrigit, et una cum eodem ad Communionem fidelibus ministrandam accedit.*

DE RITU SERVANDO A MINISTRO EXTRAORDINARIO
IN SACRA COMMUNIONE DISTRIBUENDA

13. *Minister extraordinarius, qui s. Communionem distribuere debet, aut vestem liturgicam in sua regione usitatum assumat, aut vestem induat, quae hoc sacrum ministerium deceat.*
14. *In s. Communione intra Missam distribuenda, minister hostiam parum elevatam unicuique communicandorum ostendit, dicens:*
Corpus Christi.
Communicandus respondet:
Amen,
et communicatur.
Distributione Communionis expleta, minister manus abluit ac deinde ad locum suum revertitur.
15. *In s. Communione extra Missam distribuenda, minister extraordinarius servet ritum in Rituali Romano descriptum.*

³ Cfr. Instr. *Immensae caritatis*, 1, nn. II et VI.

COMMENTARIUM

Instructio *Immensae caritatis*, a Sacra Congregatione pro disciplina Sacramentorum edita, faciliorem reddere intendit participationem ad sacram Communionem non tantum hodiernis condicionibus quarundam regionum inspectis, verum etiam attenta exigentia a fidelibus in dies magis persentitam perfectiori modo celebrationem Missae participandi. Haec ergo Instructio necessitates Ecclesiae nostris diebus considerat sed etiam novus gressus et fructus instaurationis liturgicae habenda est. Sub hoc aspectu notatu dignae videntur normae quae respiciunt ministros extraordinarios sacrae Communionis distribuendae et ampliorum facultatem bis eadem die communicandi. Quae de pietate et reverentia erga Sanctissimam Eucharistiam dicuntur, in mentem revocant, hac oblata occasione, ea quae iam habentur in Instruktionem Congregationis pro Cultu Divino *Memoriale Domini* (29 maii 1969) et in litteris, quibus eadem Congregatio Conferentiis Episcopalibus petentibus concedit ut sacra Communio, in earum regione, etiam in fidelium manu distribui possit.¹ Ceterum, reverentia profluit ex intellegentia et profundiore meditatione mysterii eucharistici eiusque « pia, conscia et actiosa participatio », necnon e digna pleniorique celebratione, ad quam potissimum tendit ipsa instauratio liturgica.

I. DE MINISTRIS EXTRAORDINARIIS SACRAE
COMMUNIONIS DISTRIBUTUENDAE

Omnibus notum est iam a nonnullis annis Sancta Sedes concedere episcopis petentibus facultatem ut ipsi deputare valeant laicos idoneos ad sacram Communionem distribuendam, quibusdam peculiaribus in adiunctis. Tunc temporis data est Instructio quaedam, cui titulus *Fidei custos* (prima editio: 10 martii 1966; secunda editio: 30 aprilis 1969), quae numquam publici iuris facta est ex officio, sed pluribus in ephemeridibus relata fuit.

Re cognita, petitiones numerosiores factae sunt et ideo Sancta Sedes res denuo consideravit et facultas quae per indultum dabatur, nunc omnibus Ordinariis locorum tribuitur. Ipsi « facultate gaudent quae personae idoneae, nominatim selectae uti ministro extraordinario, valeant permittere, ad actum vel ad tempus, vel, necessitate cogente, stabili

¹ Cfr. AAS 61, 1969, pp. 541-547; Notitiae 5, 1969, pp. 347-353.

quoque modo, sive seipsam pane caelesti cibare, sive hunc aliis fidelibus porrigere et aegrotis domi degentibus afferre ».

Huiusmodi officium *extraordinarium* habendum est, scilicet « in bonum fidelium et pro casibus verae necessitatis ». Ideo minister extraordinarius sacrae Communionis distinguitur ab acolytho instituto, cuius munus latius patet quia ad servitium altaris instituitur « ut diaconum adiuvet et sacerdoti ministret. Eius igitur est servitium altaris curare, diacono atque sacerdoti opitulari in liturgicis actionibus, praesertim in Missae celebratione; eiusdem praeterea, qua ministri extraordinarii, est sacram Communionem distribuere ... Poterit quoque, quatenus opus sit, aliorum fidelium institutionem curare, qui ex temporanea deputatione sacerdoti et diacono in liturgicis actionibus opulantur, missale, crucem, cereos etc. deferendo vel alia huiusmodi officia exercendo ».² Quando habetur, acolythus praefendus est ministro extraordinario sacrae Communionis, qui sacerdotes adiuvat in extraordinariis adiunctis tantum ad Communionem fidelibus distribuendam.

Quando laicus, vir vel mulier deputatur ad sacram Communionem distribuendam, ei non confertur officium quod unice ministris sacris pertineat vi sacramenti Ordinis. Hoc clare patet ex consuetudine antiquae Ecclesiae. Nam Romae, saec. V-VI munus proprium acolythorum erat Eucharistiam absentibus deferre.³ Saeculo VIII, acolythus ordinabatur immediate ante Communionem ei tradendo sacculum pro deferenda Eucharistia: « Cumque venerit episcopus aut ipse dominus apostolicus ad communionem, faciunt eum (acolythum) venire ad se et porrigit in ulnas eius sacculum super planetam ».⁴

In celebratione Missae sacerdos « coetui congregato praeest, eius orationi praesidet, illi nuntium salutis proclamat, populum sibi sociat in offerendo sacrificio per Christum in Spiritu Sancto Deo Patri, fratribus suis panem vitae aeternae dat, ipsumque cum illis participat ».⁵ Ipsi soli pertinet coetum congregatum praesidere⁶ et « prout Christi personam gerit, panem et vinum consecrare ».⁷ Eius imprimis est etiam

² Cfr. Motu Proprio Pauli VI *Ministeria quaedam*, 15 aug. 1972, n. VI.

³ Cfr. Ep. Ioannis diaconi ad Senarium: ed. WILMART, *Analecta Reginensia*, p. 176.

⁴ Cfr. *Ordo Romanus XXXIV*: ANDRIEU, *Les Ordines romani*, t. 3, p. 603.

⁵ Cfr. *Institutio generalis Missalis romani*, n. 60.

⁶ Cfr. *ibid.*, n. 7; S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 8.

⁷ Cfr. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 12.

sacram Communionem ministrare.⁸ At hoc eius munus non laeditur si ipsi sociantur alii ministri sacri vel etiam laici ab Ecclesia ad hoc deputati. Pro sumenda Communione valent de celebrante verba sancti Augustini « Vobiscum sum christianus », scilicet « vobiscum vivo de hac mensa ». Concilium Vaticanum II suggerit: « Hierarchia laicis munia quaedam committit, quae propius cum officiis pastorum coniuncta sunt, ut in propositione doctrinae christianae, in quibusdam actionibus liturgicis, in cura animarum. Vi huius missionis laici quoad muneris exercitium plene subduntur superiori ecclesiasticae moderationi ».⁹ Distribuire fidelibus corpus et sanguinem Domini de more pertinet presbyteris et diaconis.¹⁰ Tantum in casibus ab Instructione *Immensae caritatis* definitis, hoc officium committi potest laicis.

Absonum ergo esset si in celebratione Missae celebrans vel concelebrentes, qui sacramentum corporis et sanguinis Domini confecerunt, tantum aliis ministris committerent munus distribuendi sacram Communionem, ipsis, legitime non impeditis, nihil facientes.

Mos sumendi directe a pyxide hostiam ex parte fidelium, etsi praevisus fuit quando facultas distribuendi sacram Communionem in manu fidelium concessa est, minus conveniens esse videtur et tantum in casibus exceptionalibus admittendus. Semper praeferendum est, in quantum possibile, ut habeatur minister, etsi laicus, quia gestus porrigendi panem consecratum inter venerabiles actus ipsius ultimae Cenae Domini recensetur. Eucharistia donum Dei est: congruentius a ministro *accipitur* dum fidelis suam profitetur fidem verbo *Amen*. Ceterum, epistola Congregationis pro Cultu Divino, qua conceditur facultas sacram Communionem in manu recipiendi, statuit: « En tout cas, le fidèle devra consommer l'hostie avant de retourner à sa place, et l'*assistance du ministre sera soulignée* par la formule habituelle: ' Le Corps du Christ ', à laquelle le fidèle répondra: ' Amen ' ».¹¹

Consectaria in communitate ecclesiali ex facultate deputandi laicos ad Communionem distribuendam magni momenti sunt:

1) Clarius apparet munus baptizatorum in communitate ecclesiae localis aedificanda. Et ita melius apparet Ecclesia diversis ordinibus

⁸ Cfr. *ibid.*, n. 31; *Institutio generalis Missalis romani*, n. 60.

⁹ Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 24.

¹⁰ Cfr. *CIC*, can. 845 et supra nota 8.

¹¹ Cfr. n. 4.

et muneribus constituta et celebratio Eucharistiae ut actio Christi et populi Dei hierarchice ordinati, veluti centrum totius vitae christianae pro Ecclesia tum universali tum locali.¹²

2) Monitum Concilii ut « fideles post Communionem sacerdotis ex eodem sacrificio Corpus Dominicum » sumant¹³ facilius et dignius in praxim deducitur, praesertim in magnis adunationibus, quando ob multitudinem fidelium ad mensam eucharisticam accedere cupientium, conatus ineptae solutionis fieri possent, v. gr. distributionem sacrae Communionis ad aliud tempus remittendo vel eam festinanter, sine decore, aut cum magno incommodo fidelium peragendo.

3) Praesertim, praevidetur ne bono frequentioris Communionis priventur fideles qui, variis de causis, Missam participare non possunt, v. gr. senes, infirmi, et qui in dissitis regionibus degent.

Nam pastores sedulo curare debent ut « infirmis et aetate provectis, licet graviter non aegrotent neque mortis periculum eis imminet, frequenter, immo pro posse cotidie, praesertim tempore paschali, praebeatur copia Eucharistiam sumendi ».¹⁴

Eucharistia centrum vitae communitatis localis est. Ideo, fideles absentes in communionem cum fratribus Missam participantibus se sentire debent « eidem communitati unitos et fratrum caritate suffultos », ¹⁵ et communitas Eucharistiam celebrans ipsorum memoriam habere debet. Quod aptius eveniet si, praesertim diebus dominicis et principalioribus festis, quidam e communitate verbum in ecclesia auditum et panem vitae ipsis praebent.

4) Tandem, provideri potest ut diebus dominicis et festis in locis quae sacerdote carent, sacra verbi Dei celebratio habeatur, diacono vel etiam laico ad hoc deputato ei praesidente,¹⁶ qui nunc potest etiam sacram Eucharistiam ex ecclesia paroeciali vel missionis deferre et fidelibus distribuere.

Mandatum, quo ab Ordinario loci persona idonea accipit facultatem distribuendi sacram Communionem, tribuitur, de more, ritu liturgico a

¹² Cfr. *Institutio generalis Missalis romani*, n. 1; *Const. Sacrosanctum Concilium*, nn. 26 et 41.

¹³ Cfr. *Const. Sacrosanctum Concilium*, n. 55.

¹⁴ Cfr. S. Congr. Rituum, *Instr. Eucharisticum mysterium*, n. 40.

¹⁵ Cfr. *ibid.*

¹⁶ Cfr. S. Congr. Rituum, *Instr. Inter Oecumenici*, n. 37.

Congregatione pro Cultu Divino parato. Congruit enim ut persona electa praesentetur communitati locali, in cuius servitium se vovit, et benedictio a Deo impetretur ad officium magni momenti digne exercendum. Ritus peragi potest intra Missam vel in celebratione verbi Dei, lectionibus sumptis ex iis quae in Lectionario proponuntur pro Missis de SS.ma Eucharistia.

In casibus verae necessitatis, quando quis vocatur ut « ad actum » sacram Communionem distribuat, brevi formula benedicitur dum mandatum ei committitur.

In sacra Communione distribuenda minister extraordinarius se gerit more consueto, scilicet dicendo formulam « Corpus Christi », dum hostiam fidei ostendit. Extra Missam servabit ritum Ritualis Romani, qui nunc apparatur a Congregatione pro Cultu Divino, in quo omnia elementa quae sunt propria sacerdoti vel diacono omittenda sunt a ministro laico.

II. DE AMPLIORE FACULTATE BIS EADEM DIE COMMUNICANDI

Instauratio liturgica effecit ut fideles magis persentirent se perfectius inseri in celebrationem liturgicam sacramentali communionem. « Cum celebratio eucharistica convivium paschale sit, expedit ut, iuxta mandatum Domini, Corpus et Sanguis eius a fidelibus rite dispositis ut cibus spiritualis accipiatur ».¹⁷ Ad hoc tendit tota actio Missae. Unitas communitatis efficitur « sive verbum Dei audiendo, sive in orationibus et in cantu partem habendo, sive praesertim in communi oblatione sacrificii et in communi participatione mensae Domini ».¹⁸ Ad perfectiorem participationem et unitatem assequendam omnia supradicta elementa adesse deberent, praesertim vero sacra Communio. Nam « eo fine Christum sacrificium hoc Ecclesiae concredidit ut fideles illud et spiritualiter, per fidem et caritatem, et sacramentaliter, per sacrae communionis convivium, participant ».¹⁹

Supradictis principiis prae oculis habitis, progrediente instaurazione liturgica, disciplina de suscipienda Eucharistia in quibusdam iam mutata est.

Facultas data est fidelibus bis eadem die communicandi, si diversa

¹⁷ *Institutio generalis Missalis romani*, n. 56.

¹⁸ Cfr. *ibid.*, n. 62; Cfr. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, nn. 12, 31.

¹⁹ S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 3 b.

officia quarundam dierum liturgicorum participant,²⁰ presbyteris vero indultum est quibusdam in adiunctis vel celebrationibus, quibus unitas populi Dei vel communitatis localis clarius in lucem effertur, uti habetur in Missa conventuali vel communitatis,²¹ in visitatione pastoralis Episcopi, in conventibus sacerdotum vel alia huiusmodi,²² ut concelebrent vel Communionem sumere possint, etsi singulariter celebrare teneantur in bonum pastorale fidelium.

Cum autem hoc etiam in occasionibus a lege hucusque non praevisis evenire possit, desiderium ortum est, a pluribus Episcopis et Conferentiis Episcopalibus commendatum, ut facultas bis eadem die communicandi ulterius extenderetur.

Firma lege generali de communione *semel* tantum in die sumenda, conceditur ut fidelis, qui eadem die ad diversa officia participat, bis communicare possit. Hoc evenire potest occasione alicuius conventus peculiaris, peregrinationis, Missae ritualis, Missae exsequialis etc., uti indicatur ab Instructione *Immensae caritatis*, vel in adiunctis omnino particularibus, quae a lege praevideri nequeunt, de consensu Ordinarii loci.

Huiusmodi autem secunda Communio permittitur ratione perfectioris participationis in Missae celebratione, minime vero ratione tantum profectus spiritualis vel devotionis. Ideo, tantum intra Missam fieri potest. Multiplicitas Communionis eodem die ob solam pietatem non iustificatur. Fideles opportune monendi sunt, apta catechesi, de sensu concessionis, ne rationibus sentimentalibus inducantur ad repetendam Communionem, sed hoc fiat unice ob plenior participationem in peculiaribus celebrationibus communitatis.

Instructione *Immensae caritatis* una cum Instructione, die 29 iunii 1970 a Congregatione pro Cultu Divino edita, de ampliore facultate sacrae Communionis sub utraque specie administrandi, ad effectum deducuntur principia iam exposita in Instructione *Eucharisticum mysterium* et Institutione generali Missalis romani. Nunc tantum manet ut ritus de sacra Communione extra Missam et cultum mysterii eucharistici resipientes edantur. Quod profecto proxime eveniet.

(GP)

²⁰ Cfr. *ibid.*, n. 28.

²¹ Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 76; cfr. S. Congr. pro Cultu Divino, *Declaratio de concelebratione*, 7 augusti 1972: *AAS* 64, 1972, pp. 561-563; *Notitiae* 8, 1972, pp. 327-329.

²² Cfr. *Institutio generalis Missalis romani*, n. 158 d.

Instauratio liturgica

« Sacrae Liturgiae instauratio aptius a fidelibus accipietur si iis per debitam catechesim a pastoribus proposita et explicata fuerit » (Inst. *Inter Oecumenici*, n. 4).

LE MISSEL DES FIDÈLES

Nos grands-parents allaient à la messe avec, en main, un livre contenant des « prières à dire pendant la messe »: paraphrase, mais non pas traduction de la Prière Eucharistique. Nos parents et nous-mêmes, nous avions un « Missel quotidien — Vespéral ». Ce missel des fidèles, traduction du Missel Romain, nous permettait d'accueillir les richesses qu'apportaient les textes et les prières de chaque dimanche et de nous associer silencieusement à la Prière du célébrant. Aujourd'hui, nous pouvons participer à la célébration eucharistique sans l'aide d'un livre: tout est dit dans notre langue, et la Prière Consécratoire est proclamée à haute voix.

En évoquant ces trois étapes, on peut mesurer le chemin parcouru en cinquante ans environ: ce chemin est celui qui conduit à une participation toujours plus active et consciente à la célébration liturgique.

On a pu penser, un temps, que la réforme liturgique allait rendre inutile un « missel des fidèles ». Il n'en a rien été, et le « Nouveau Missel des dimanches », publié successivement pour 1970-1971 et 1971-1972, a connu un tel succès que, loin de s'être révélé inutile, le « missel des fidèles » connaît un plus grand développement. On peut même dire qu'il trouve aujourd'hui son véritable rôle, facilité par la diversité de ses présentations.

Pour mieux se préparer à la célébration

La liturgie, on le sait, n'est pas un spectacle auquel on assiste, mais la célébration par tout le peuple de Dieu, du Mystère du Christ. Comment participer consciemment et activement à l'Eucharistie du dimanche si l'on ne s'y est pas préparé? Et comment s'y préparer personnellement si l'on n'a pas un missel chez soi? Les textes bibliques, les oraisons sont d'une telle richesse qu'une heure, à l'église, ne suffit pas pour en « goûter » tout le sens.

* *Notes de pastorale liturgique*, n. 100, oct. 1972, pp. 36-38.

Pour mieux y participer

La célébration liturgique n'est pas l'affaire du prêtre seul. Si le prêtre a un rôle unique et original, il célèbre avec toute l'assemblée. Le « missel des fidèles » n'est plus comme précédemment le livre permettant de suivre ce que dit et fait le prêtre, encore que son emploi puisse pallier des conditions souvent moyennes sinon médiocres d'audition. Il est le livre utile et parfois indispensable pour être membre actif d'une assemblée tout entière célébrante. Grâce à lui, les chrétiens peuvent exercer leur responsabilité dans la préparation et la mise en œuvre de la célébration.

Pour une prière qui fructifie au long des semaines

La célébration liturgique, et particulièrement la Messe du dimanche, n'est pas un « exercice » que l'on accomplit par obligation seulement. C'est à la fois « le sommet et la source » de toute la vie. La Parole de Dieu entendue à l'église doit éclairer tous nos engagements; la réponse donnée dans la prière commune doit devenir attitude de vie. Absorbés par nos occupations de chaque jour, nous risquons d'oublier très vite ce que nous avons vécu le dimanche. Le Missel est là, nous invitant à revenir à la Parole de Dieu entendue, éclairée et précisée par l'homélie, et aux prières que nous avons faites et qui étaient l'expression d'un engagement.

Sans une prière liturgique, notre prière personnelle s'appauvrit, devient récitation des mêmes formules. Le Missel des fidèles est l'instrument indispensable pour opérer ce passage de la prière personnelle à la prière liturgique, et de la prière liturgique à la prière personnelle. La réflexion apostolique pourra, grâce à lui, se référer aux richesses de la liturgie et s'en nourrir. Inversement, un missel renouvelé tous les ans, comme le « Nouveau Missel des dimanches », permettra à chacun de progresser dans sa connaissance de la liturgie, et de profiter des adaptations constantes que requiert l'évolution du monde et de l'Eglise.

La réforme liturgique, qui vise à la « participation consciente et active de l'assemblée » et qui veut redonner à la liturgie sa place dans notre vie, loin de supprimer le missel des fidèles l'exige plus que jamais.

ROBERT COFFY
évêque de Gap,
Président de la Commission
épiscopale de liturgie

NORMAE CIRCA ECCLESIAE SUPELLECTILEM

Commissio de Arte sacra archidioecesis S. Sebastiani Fluminis Ianuarii in Brasilia (Rio de Janeiro), cui praeest rev. D. Guilherme Schubert, quasdam delineavit circa ecclesiae supellectilem practicas normas, quas placet lectoribus nostris praeberere:

1. Deve tocar os *sinos*. Portanto, deve haver sinos; e deve haver lugar para eles;

2. deve haver *confessionários* nas igrejas e capelas. Completamos: nada obsta que se providencie também formas modernas, uma espécie de locutório, com a possibilidade de confessar sentado. Estes lugares devem ser completamente devassáveis e à prova de som;

3. deve haver *bancos* nas igrejas — para sentar e *também para ajoelhar*. Durante os atos litúrgicos há poucos momentos para os quais prescreve a liturgia que o fiel se conserve de joelhos. Mas, primeiro: há momentos para se ficar de joelhos — depois, servem os dispositivos para ficar de joelhos, para os atos particulares de piedade;

4. o *batismo* é administrado à vista de toda a assembléia, que acompanha e participa. Para isso providencie-se ou um *batistério* colocado perto do altar. Ou coloque-se somente a *pia baptismal* na nave, perto do altar, porém fora do presbitério.

5. a *cruz* que acompanha a liturgia, seja fixa ou portátil, deve incluir o « corpus », Cristo crucificado; portanto, deve ser um *crucifixo*. Será importante para a motivação dos fiéis que o crucifixo seja expressivo, nobre, convidando à meditação. Com o decorado atual tão reduzida não será difícil conseguir fundos para adquirir uma obra de arte;

6. a *fachada* da Igreja seja característica duma *Igreja*, ou melhor, duma *Igreja católica*: uma cruz, o padroeiro em qualquer técnica: mosaico; relevo, estátua, etc ... Querendo colocar uma placa explicativa, seja ela discreta, evitando a impressão de uma loja comercial;

7. a colocação do *Santíssimo* deve expressar a fé e o amor. Por isso não é tão importante, *onde* é colocado, do que *como* é colocado de maneira digna, nobre, bem cuidada.

É contra o espírito da liturgia atual o sacrário sobre o altar do sacrifício. Pelo mesmo motivo é pouco indicado o lugar atrás do altar (se bem, que desta maneira ficaria no centro visual da igreja). Em todo

caso: se se prefere isso, deve ser colocado o sacrário numa altura tal que não seja coberto pelo celebrante. Isso exige um segundo plano, degraus adicionais, etc. ...

A capela do Santíssimo é correta, favorece o recolhimento. Apresenta, contudo, dificuldades práticas, porque na realidade é necessária uma comunicação fácil e rápida entre o altar e o sacrário para retirar e colocar as ambulas com as hóstias consagradas para a S. Comunhão.

De onde parece normalmente mais indicado o sacrário no presbitério ou nas imediações deste, lateralmente, mas de forma solene. Há inúmeras possibilidades que o artista descobrirá.

Está sendo abandonado o sacrário embutido na parede pela dificuldade de um bom isolamento contra a umidade. Caso se escolha este modo, deve-se criar elementos artísticos que destaquem o sacrário na parede. Só a porta, de tamanho tão reduzido, lembra mais uma caixa postal do que um sacrário. Painéis de massa, estuque, metal, madeira, podem ajudar no caso.

Colocado o sacrário fora da parede, pode ser posto sobre uma *base*. A não ser que fique tão perto do altar que este possa servir para colocar sobre ele a ambula, enquanto se cuida da porta do sacrário, convém se providenciar um espaço para colocar a ambula, o vaso de abluções, flores, castiçais.

Não pode faltar nunca uma lampada.

DE INSTITUTIONE LECTORIS ET ACOLYTHI

Documentis Ministeria quaedam et Ad pascendum editis, a quibusdam quaeritur quaenam sint condiciones (v. gr. aetas, dotes, etc.), ut quis institutionem recipere possit, aut quaenam sint interstitia servanda. Res, sive pro prima sive pro altera quaestione, pressius determinanda est a Conferentiis Episcopalibus (cf. Ministeria quaedam, n. VIII, b; Ad pascendum, n. IV). Ad modum exempli, referimus ea quae statuta sunt a Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, mense novembri 1972.

1. No one should be instituted in the ministries of reader or acolyte without a period of thorough preparation in all the aspects of the respective ministry, as determined in nos. V and VI of the Apostolic Letter *Ministeria quaedam*. This period, as well as the program of formation, shall be determined by the Ordinary; it should generally be from three to six months in length, in order to ascertain and develop

* *Newsletter*, 8, december 1972, n. 12.

the specific requirements of the respective ministry and the necessary leadership qualities.

2. The minimum age for institution in the ministries of reader or acolyte shall be eighteen; the Ordinary may dispense from this norm in individual cases. (This age should be an assurance of sufficient maturity; in the case of those who may later be candidates for orders or those in pre-theological studies, it will be the occasion for a prior ministry.)

3. No one instituted as a reader may be instituted as an acolyte and no one instituted as an acolyte may be instituted as a reader until he has actually exercised the first ministry for a period of at least six months; the Ordinary may dispense from this norm in particular cases, but only if this can be done without detriment to the distinction of the two ministries and the authenticity of their exercise.

4. Candidates for the transitional or permanent diaconate who are obliged to be instituted in the ministries of reader and acolyte (if they have not already been so instituted) shall actually exercise the ministry of reader or acolyte for a period of at least six months before institution in the second ministry. They shall actually exercise the second ministry for a period of at least six months before ordination to the diaconate; the Ordinary may dispense from this norm in particular cases, but only if this can be done without detriment to the distinction of the two ministries and the authenticity of their exercise.

5. Candidates for the permanent diaconate shall be admitted to candidacy for orders only after beginning the period of their formal preparation, normally two years before ordination to the diaconate; they may be admitted to candidacy at a later time, but ordinarily at least one year before ordination.

Estne opportunum ante vel post homiliam invitare fideles ut se signent signo crucis, illos salutare, ex. gr. dicendo « laudetur Iesus Christus », etc.?

